

Liber Deuteronomii

1:1 haec sunt uerba quae locutus est Moses ad omnem Israhel trans Iordanem in solitudine campestri contra mare Rubrum inter Pharan et Thophel et Laban et Aseroth ubi auri est plurimum 1:2 undecim diebus de Horeb per uiam montis Seir usque Cadesbarne 1:3 quadragesimo anno undecimo mense prima die mensis locutus est Moses ad filios Israhel omnia quae praeceperat illi Dominus ut diceret eis 1:4 postquam percussit Seon regem Amorreorum qui habitauit in Esebon et Og regem Basan qui mansit in Aseroth et in Edrai 1:5 trans Iordanem in terra Moab coepitque Moses explanare legem et dicere 1:6 Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb dicens sufficit uobis quod in hoc monte mansistis 1:7 reuertimini et uenite ad montem Amorreorum et ad cetera quae ei proxima sunt campestria atque montana et humiliora loca contra meridiem et iuxta litus maris terram Chananeorum et Libani usque ad flumen magnum Eufraten 1:8 en inquit tradidi uobis ingredimini et possidete eam super qua iurauit Dominus patribus uestris Abraham et Isaac et Iacob ut daret illam eis et semini eorum post eos 1:9 dixique uobis illo in tempore 1:10 non possum solus sustinere uos quia Dominus Deus uester multiplicauit uos et estis hodie sicut stellae caeli plurimae 1:11 Dominus Deus patrum uestrorum addat ad hunc numerum multa milia et benedicat uobis sicut locutus est 1:12 non ualeo solus uestra negotia sustinere et pondus ac iurgia 1:13 date e uobis uiros sapientes et gnaros et quorum conuersatio sit probata in tribubus uestris ut ponam eos uobis principes 1:14 tunc respondistis mihi bona res est quam uis facere 1:15 tulique de tribubus uestris uiros sapientes et nobiles et constitui eos principes tribunos et centuriones et quinquagenarios ac decanos qui docerent uos singula 1:16 praecepique eis dicens audite illos et quod iustum est iudicate siue ciuis sit ille siue peregrinus 1:17 nulla erit distantia personarum ita par-

1:1 These be the words which Moses spake unto all Israel on this side Jordan in the wilderness, in the plain over against the Red sea, between Paran, and Tophel, and Laban, and Hazeroth, and Dizahab.

1:2 (There are eleven days' journey from Horeb by the way of mount Seir unto Kadeshbarnea.)

1:3 And it came to pass in the fortieth year, in the eleventh month, on the first day of the month, that Moses spake unto the children of Israel, according unto all that the LORD had given him in commandment unto them;

1:4 After he had slain Sihon the king of the Amorites, which dwelt in Heshbon, and Og the king of Bashan, which dwelt at Astaroth in Edrei:

1:5 On this side Jordan, in the land of Moab, began Moses to declare this law, saying,

1:6 The LORD our God spake unto us in Horeb, saying, Ye have dwelt long enough in this mount:

1:7 Turn you, and take your journey, and go to the mount of the Amorites, and unto all the places nigh thereunto, in the plain, in the hills, and in the vale, and in the south, and by the sea side, to the land of the Canaanites, and unto Lebanon, unto the great river, the river Euphrates.

1:8 Behold, I have set the land before you: go in and possess the land which the LORD swore unto your fathers, Abraham, Isaac, and Jacob, to give unto them and to their seed after them.

1:9 And I spake unto you at that time, saying, I am not able to bear you myself alone:

1:10 The LORD your God hath multiplied you, and, behold, ye are this day as the stars of heaven for multitude.

1:11 (The LORD God of your fathers make you a thousand times so many more as ye are, and bless you, as he hath promised you!)

1:12 How can I myself alone bear your cumbrance, and your burden, and your strife?

1:13 Take you wise men, and understanding, and known among your tribes, and I will make them rulers over you.

1:14 And ye answered me, and said, The thing which thou hast spoken is good for us to do.

1:15 So I took the chief of your tribes, wise men, and known, and made them heads over you, captains over thousands, and captains over hundreds, and captains over fifties, and captains over tens, and officers among your tribes.

1:16 And I charged your judges at that time, saying, Hear the causes between your brethren, and judge righteously between every man and his brother, and the stranger that is with him.

1:17 Ye shall not respect persons in judgment; but ye shall hear the small as well as the great; ye shall not be afraid of the face of man: for the judgment is God's: and the cause that is too hard for you, bring it unto me, and I will hear it.

Biblia Sacra Vulgata

1:18 And I commanded you at that time all the things which ye should do.

1:19 And when we departed from Horeb, we went through all that great and terrible wilderness, which ye saw by the way of the mountain of the Amorites, as the LORD our God commanded us; and we came to Kadeshbarnea.

1:20 And I said unto you, Ye are come unto the mountain of the Amorites, which the LORD our God doth give unto us.

1:21 Behold, the LORD thy God hath set the land before thee: go up and possess it, as the LORD God of thy fathers hath said unto thee; fear not, neither be discouraged.

1:22 And ye came near unto me every one of you, and said, We will send men before us, and they shall search us out the land, and bring us word again by what way we must go up, and into what cities we shall come.

1:23 And the saying pleased me well: and I took twelve men of you, one of a tribe:

1:24 And they turned and went up into the mountain, and came unto the valley of Eshcol, and searched it out.

1:25 And they took of the fruit of the land in their hands, and brought it down unto us, and brought us word again, and said, It is a good land which the LORD our God doth give us.

1:26 Notwithstanding ye would not go up, but rebelled against the commandment of the LORD your God:

1:27 And ye murmured in your tents, and said, Because the LORD hated us, he hath brought us forth out of the land of Egypt, to deliver us into the hand of the Amorites, to destroy us.

1:28 Whither shall we go up? our brethren have discouraged our heart, saying, The people is greater and taller than we; the cities are great and walled up to heaven; and moreover we have seen the sons of the Anakims there.

1:29 Then I said unto you, Dread not, neither be afraid of them.

1:30 The LORD your God which goeth before you, he shall fight for you, according to all that he did for you in Egypt before your eyes;

1:31 And in the wilderness, where thou hast seen how that the LORD thy God bare thee, as a man doth bear his son, in all the way that ye went, until ye came into this place.

1:32 Yet in this thing ye did not believe the LORD your God,

uum audietis ut magnum nec accipietis cuiusquam personam quia Dei iudicium est quod si difficile uobis aliquid uisum fuerit referte ad me et ego audiam 1:18 praecepique omnia quae facere deberetis 1:19 profecti autem de Horeb transiimus per heremum terribilem et maximam quam uidistis per uiam montis Amorrei sicut praeceperat Dominus Deus noster nobis cumque uenissemus in Cadesbarne 1:20 dixi uobis uenistis ad montem Amorrei quem Dominus Deus noster daturus est nobis 1:21 uide terram quam Dominus Deus tuus dat tibi ascende et posside eam sicut locutus est Dominus Deus patribus tuis noli metuere nec quicquam paueas 1:22 et accessistis ad me omnes atque dixistis mittamus uiros qui considerent terram et renuntient per quod iter debemus ascendere et ad quas pergere ciuitates 1:23 cumque mihi sermo placuisset misi e uobis duodecim uiros singulos de tribubus suis 1:24 qui cum perrexissent et ascendissent in montana uenerunt usque ad uallem Botri et considerata terra 1:25 sumentes de fructibus eius ut ostenderent ubertatem adtulerunt ad nos atque dixerunt bona est terra quam Dominus Deus noster daturus est nobis 1:26 et nolulistis ascendere sed increduli ad sermonem Domini Dei nostri 1:27 murmurati estis in tabernaculis uestris atque dixistis odit nos Dominus et idcirco eduxit nos de terra Aegypti ut traderet in manu Amorrei atque deleret 1:28 quo ascendemus nuntii terruerunt cor nostrum dicentes maxima multitudo est et nobis in statura procerior urbes magnae et ad caelum usque munitae filios Enacim uidimus ibi 1:29 et dixi uobis nolite metuere nec timeatis eos 1:30 Dominus Deus qui ductor est uester pro uobis ipse pugnabit sicut fecit in Aegypto uidentibus cunctis 1:31 et in solitudine ipse uidisti portauit te Dominus Deus tuus ut solet homo gestare paruulum filium suum in omni uia per quam ambulasti donec ueniretis ad locum istum 1:32 et nec sic quidem credidistis Domino

Liber Deuteronomii

Deo uestro 1:33 qui praecessit uos in uia et metatus est locum in quo tentoria figere deberetis nocte ostendens uobis iter per ignem et die per columnam nubis 1:34 cumque audisset Dominus uocem sermonum uestrorum iratus iurauit et ait 1:35 non uidebit quispiam de hominibus generationis huius pessimae terram bonam quam sub iuramento pollicitus sum patribus uestris 1:36 praeter Chaleb filium Iepphone ipse enim uidebit eam et ipsi dabo terram quam calcavit et filiis eius quia secutus est Dominum 1:37 nec miranda indignatio in populum cum mihi quoque iratus Dominus propter uos dixerit nec tu ingredieris illuc 1:38 sed Iosue filius Nun minister tuus ipse intrabit pro te hunc exhortare et robora et ipse terram sorte diuidat Israheli 1:39 paruuli uestri de quibus dixistis quod captiui ducerentur et filii qui hodie boni ac mali ignorant distantiam ipsi ingredientur et ipsis dabo terram et possidebunt eam 1:40 uos autem reuertimini et abite in solitudinem per uiam maris Rubri 1:41 et respondistis mihi peccauimus Domino ascendemus atque pugnabimus sicut praecepit Dominus Deus noster cumque instructi armis pergeretis in montem 1:42 ait mihi Dominus dic ad eos nolite ascendere neque pugnetis non enim sum uobiscum ne cadatis coram inimicis uestris 1:43 locutus sum et non audistis sed aduersantes imperio Domini et tumentes superbia ascendistis in montem 1:44 itaque egressus Amorreus qui habitabat in montibus et obuiam ueniens persecutus est uos sicut solent apes persequi et cecidit de Seir usque Horma 1:45 cumque reuersi ploraretis coram Domino non audiuit uos nec uoci uestrae uoluit adquiescere 1:46 sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore

2:1 profectique inde uenimus in solitudinem quae ducit ad mare Rubrum sicut mihi dixerat Dominus et circumuiimus montem Seir longo tempore 2:2 dixitque Dominus ad me 2:3 sufficit uobis circumire montem istum ite contra aquilo-

1:33 Who went in the way before you, to search you out a place to pitch your tents in, in fire by night, to shew you by what way ye should go, and in a cloud by day.

1:34 And the LORD heard the voice of your words, and was wroth, and sware, saying,

1:35 Surely there shall not one of these men of this evil generation see that good land, which I sware to give unto your fathers.

1:36 Save Caleb the son of Jephunneh; he shall see it, and to him will I give the land that he hath trodden upon, and to his children, because he hath wholly followed the LORD.

1:37 Also the LORD was angry with me for your sakes, saying, Thou also shalt not go in thither.

1:38 But Joshua the son of Nun, which standeth before thee, he shall go in thither: encourage him: for he shall cause Israel to inherit it.

1:39 Moreover your little ones, which ye said should be a prey, and your children, which in that day had no knowledge between good and evil, they shall go in thither, and unto them will I give it, and they shall possess it.

1:40 But as for you, turn you, and take your journey into the wilderness by the way of the Red sea.

1:41 Then ye answered and said unto me, We have sinned against the LORD, we will go up and fight, according to all that the LORD our God commanded us. And when ye had girded on every man his weapons of war, ye were ready to go up into the hill.

1:42 And the LORD said unto me, Say unto them. Go not up, neither fight; for I am not among you; lest ye be smitten before your enemies.

1:43 So I spake unto you; and ye would not hear, but rebelled against the commandment of the LORD, and went presumptuously up into the hill.

1:44 And the Amorites, which dwelt in that mountain, came out against you, and chased you, as bees do, and destroyed you in Seir, even unto Hormah.

1:45 And ye returned and wept before the LORD; but the LORD would not hearken to your voice, nor give ear unto you.

1:46 So ye abode in Kadesh many days, according unto the days that ye abode there.

2:1 Then we turned, and took our journey into the wilderness by the way of the Red sea, as the LORD spake unto me: and we compassed mount Seir many days.

2:2 And the LORD spake unto me, saying,

2:3 Ye have compassed this mountain long enough: turn you northward.

Biblia Sacra Vulgata

2:4 And command thou the people, saying, Ye are to pass through the coast of your brethren the children of Esau, which dwell in Seir; and they shall be afraid of you: take ye good heed unto yourselves therefore:

2:5 Meddle not with them; for I will not give you of their land, no, not so much as a foot breadth; because I have given mount Seir unto Esau for a possession.

2:6 Ye shall buy meat of them for money, that ye may eat; and ye shall also buy water of them for money, that ye may drink.

2:7 For the LORD thy God hath blessed thee in all the works of thy hand: he knoweth thy walking through this great wilderness: these forty years the LORD thy God hath been with thee; thou hast lacked nothing.

2:8 And when we passed by from our brethren the children of Esau, which dwelt in Seir, through the way of the plain from Elath, and from Eziongaber, we turned and passed by the way of the wilderness of Moab.

2:9 And the LORD said unto me, Distress not the Moabites, neither contend with them in battle: for I will not give thee of their land for a possession; because I have given Ar unto the children of Lot for a possession.

2:10 The Emims dwelt therein in times past, a people great, and many, and tall, as the Anakims;

2:11 Which also were accounted giants, as the Anakims; but the Moabites called them Emims.

2:12 The Horims also dwelt in Seir beforetime; but the children of Esau succeeded them, when they had destroyed them from before them, and dwelt in their stead; as Israel did unto the land of his possession, which the LORD gave unto them.

2:13 Now rise up, said I, and get you over the brook Zered. And we went over the brook Zered.

2:14 And the space in which we came from Kadeshbarnea, until we were come over the brook Zered, was thirty and eight years; until all the generation of the men of war were wasted out from among the host, as the LORD sware unto them.

2:15 For indeed the hand of the LORD was against them, to destroy them from among the host, until they were consumed.

2:16 So it came to pass, when all the men of war were consumed and dead from among the people,

2:17 That the LORD spake unto me, saying,

2:18 Thou art to pass over through Ar, the coast of Moab, this day:

2:19 And when thou comest nigh over against the children of Ammon, distress them not, nor meddle with them: for I will not give thee of the land of the children of Ammon any possession; because I have given it unto the children of Lot for a possession.

nem 2:4 et populo praecipe dicens transibitis per terminos fratrum uestrorum filiorum Esau qui habitant in Seir et timebunt uos 2:5 uidete ergo diligenter ne moueamini contra eos neque enim dabo uobis de terra eorum quantum potest unius pedis calcare uestigium quia in possessionem Esau dedi montem Seir 2:6 cibos emetis ab eis pecunia et comedetis aquam emptam haurietis et bibetis 2:7 Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum nouit iter tuum quomodo transieris solitudinem hanc magnam per quadraginta annos habitans tecum Dominus Deus tuus et nihil tibi defuit 2:8 cumque transissemus fratres nostros filios Esau qui habitabant in Seir per uiam campestem de Helath et de Asiongaber uenimus ad iter quod ducit in desertum Moab 2:9 dixitque Dominus ad me non pugnes contra Moabitas nec ineas aduersum eos proelium non enim dabo tibi quicquam de terra eorum quia filiis Loth tradidi Ar in possessionem 2:10 Emim primi fuerunt habitatores eius populus magnus et ualidus et tam excelsus ut de Enacim stirpe 2:11 quasi gigantes crederentur et essent similes filiorum Enacim denique Moabitae appellant eos Emim 2:12 in Seir autem prius habitauerunt Horim quibus expulsis atque deletis habitauerunt filii Esau sicut fecit Israhel in terra possessionis suae quam dedit ei Dominus 2:13 surgentes ergo ut transiremus torrentem Zared uenimus ad eum 2:14 tempus autem quo ambulauimus de Cadesbarne usque ad transitum torrentis Zared triginta octo annorum fuit donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris sicut iurauerat Dominus 2:15 cuius manus fuit aduersum eos ut interirent de castrorum medio 2:16 postquam autem uniuersi ceciderunt pugnatores 2:17 locutus est Dominus ad me dicens 2:18 tu transibis hodie terminos Moab urbem nomine Ar 2:19 et accedens in uicina filiorum Ammon caue ne pugnes contra eos nec mouearis ad proelium non enim dabo tibi

Liber Deuteronomii

de terra filiorum Ammon quia filiis Loth dedi eam in possessionem 2:20 terra gigantum reputata est et in ipsa olim habitauerunt gigantes quos Ammanitae uocant Zomzommim 2:21 populus magnus et multus et procerae longitudinis sicut Enacim quos deleuit Dominus a facie eorum et fecit illos habitare pro eis 2:22 sicut fecerat filiis Esau qui habitant in Seir delens Horreos et terram eorum illis tradens quam possident usque in praesens 2:23 Eueos quoque qui habitabant in Aserim usque Gazam Cappadoces expulerunt qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos et habitauerunt pro illis 2:24 surgite et transite torrentem Arnon ecce tradidi in manu tua Seon regem Esebon Amorreum et terram eius incipe possidere et committe aduersum eum proelium 2:25 hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni caelo ut audito nomine tuo paueant et in morem parturientium contremescant et dolore teneantur 2:26 misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Seon regem Esebon uerbis pacificis dicens 2:27 transibimus per terram tuam publica gradiemur uia non declinabimus neque ad dextram neque ad sinistram 2:28 alimenta pretio uende nobis ut uescamur aquam pecunia tribue et sic bibemus tantum est ut nobis concedas transitum 2:29 sicut fecerunt filii Esau qui habitant in Seir et Moabitae qui morantur in Ar donec ueniamus ad Iordanem et transeamus in terram quam Dominus Deus noster daturus est nobis 2:30 noluitque Seon rex Esebon dare nobis transitum quia induerant Dominus Deus tuus spiritum eius et obfirmauerat cor illius ut traderetur in manus tuas sicut nunc uides 2:31 dixitque Dominus ad me ecce coepi tradere tibi Seon et terram eius incipe possidere eam 2:32 egressusque est Seon obuiam nobis cum omni populo suo ad proelium in Iesa 2:33 et tradidit eum Dominus Deus noster nobis percussimusque eum cum filiis et omni populo suo 2:34 cunctasque urbes

2:20 (That also was accounted a land of giants: giants dwelt therein in old time; and the Ammonites call them Zamzummins;

2:21 A people great, and many, and tall, as the Anakims; but the LORD destroyed them before them; and they succeeded them, and dwelt in their stead:

2:22 As he did to the children of Esau, which dwelt in Seir, when he destroyed the Horims from before them; and they succeeded them, and dwelt in their stead even unto this day:

2:23 And the Avims which dwelt in Hazerim, even unto Azzah, the Caphtorims, which came forth out of Caphtor, destroyed them, and dwelt in their stead.)

2:24 Rise ye up, take your journey, and pass over the river Arnon: behold, I have given into thine hand Sihon the Amorite, king of Heshbon, and his land: begin to possess it, and contend with him in battle.

2:25 This day will I begin to put the dread of thee and the fear of thee upon the nations that are under the whole heaven, who shall hear report of thee, and shall tremble, and be in anguish because of thee.

2:26 And I sent messengers out of the wilderness of Kedemoth unto Sihon king of Heshbon with words of peace, saying,

2:27 Let me pass through thy land: I will go along by the high way, I will neither turn unto the right hand nor to the left.

2:28 Thou shalt sell me meat for money, that I may eat: and give me water for money, that I may drink: only I will pass through on my feet;

2:29 (As the children of Esau which dwell in Seir, and the Moabites which dwell in Ar, did unto me:) until I shall pass over Jordan into the land which the LORD our God giveth us.

2:30 But Sihon king of Heshbon would not let us pass by him: for the LORD thy God hardened his spirit, and made his heart obstinate, that he might deliver him into thy hand, as appeareth this day.

2:31 And the LORD said unto me, Behold, I have begun to give Sihon and his land before thee: begin to possess, that thou mayest inherit his land.

2:32 Then Sihon came out against us, he and all his people, to fight at Jahaz.

2:33 And the LORD our God delivered him before us; and we smote him, and his sons, and all his people.

2:34 And we took all his cities at that time, and utterly destroyed the men, and the women, and the little ones, of every city, we left none to remain:

Biblia Sacra Vulgata

in tempore illo cepimus interfectis habitatoribus earum uiris ac mulieribus et paruulis non reliquimus in eis quicquam
2:35 absque iumentis quae in partem uenere praedantium et spoliis urbium quas cepimus 2:36 ab Aroer quae est super ripam torrentis Arnon oppido quod in ualle situm est usque Galaad non fuit uicus et ciuitas quae nostras effugeret manus omnes tradidit Dominus Deus noster nobis 2:37 absque terra filiorum Ammon ad quam non accessimus et cunctis quae adiacent torrenti Ieboc et urbibus montanis uniuersisque locis a quibus nos prohibuit Dominus Deus noster

2:35 Only the cattle we took for a prey unto ourselves, and the spoil of the cities which we took.

2:36 From Aroer, which is by the brink of the river of Arnon, and from the city that is by the river, even unto Gilead, there was not one city too strong for us: the LORD our God delivered all unto us:

2:37 Only unto the land of the children of Ammon thou camest not, nor unto any place of the river Jabbok, nor unto the cities in the mountains, nor unto whatsoever the LORD our God forbid us.

3:1 Then we turned, and went up the way to Bashan: and Og the king of Bashan came out against us, he and all his people, to battle at Edrei.

3:2 And the LORD said unto me, Fear him not: for I will deliver him, and all his people, and his land, into thy hand; and thou shalt do unto him as thou didst unto Sihon king of the Amorites, which dwelt at Heshbon.

3:3 So the LORD our God delivered into our hands Og also, the king of Bashan, and all his people: and we smote him until none was left to him remaining.

3:4 And we took all his cities at that time, there was not a city which we took not from them, threescore cities, all the region of Argob, the kingdom of Og in Bashan.

3:5 All these cities were fenced with high walls, gates, and bars; beside unwalld towns a great many.

3:6 And we utterly destroyed them, as we did unto Sihon king of Heshbon, utterly destroying the men, women, and children, of every city.

3:7 But all the cattle, and the spoil of the cities, we took for a prey to ourselves.

3:8 And we took at that time out of the hand of the two kings of the Amorites the land that was on this side Jordan, from the river of Arnon unto mount Hermon;

3:9 (Which Hermon the Sidonians call Sirion; and the Amorites call it Shenir):

3:10 All the cities of the plain, and all Gilead, and all Bashan, unto Salchah and Edrei, cities of the kingdom of Og in Bashan.

3:11 For only Og king of Bashan remained of the remnant of giants; behold his bedstead was a bedstead of iron: is it not in Rabbath of the children of Ammon? nine cubits was the length thereof, and four cubits the breadth of it, after the cubit of a man.

3:1 itaque conuersi ascendimus per iter Basan egressusque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai 3:2 dixitque Dominus ad me ne timeas eum quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua faciesque ei sicut fecisti Seon regi Amorreorum qui habitauit in Esebon 3:3 tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan et uniuersum populum eius percussimusque eos usque ad internicionem 3:4 uastantes cunctas ciuitates illius uno tempore non fuit oppidum quod nos effugeret sexaginta urbes omnem regionem Argob regni Og in Basan 3:5 cunctae urbes erant munitae muris altissimis portisque et uectibus absque oppidis innumeris quae non habebant muros 3:6 et deleuimus eos sicut feceramus Seon regi Esebon disperdentes omnem ciuitatem uirosque ac mulieres et paruulos 3:7 iumenta autem et spolia urbium diripuimus 3:8 tulimusque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorreorum qui erant trans Iordanem a torrente Arnon usque ad montem Hermon 3:9 quem Sidonii Sarion uocant et Amorrei Sanir 3:10 omnes ciuitates quae sitae sunt in planitie et uniuersam terram Galaad et Basan usque Selcha et Edrai ciuitates regni Og in Basan 3:11 solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum monstratur lectus eius ferreus qui est in Rabbath

Liber Deuteronomii

filiorum Ammon nouem cubitos habens longitudinis et quatuor latitudinis ad mensuram cubiti uirilis manus 3:12 terramque possedimus in tempore illo ab Aroer quae est super ripam torrentis Arnon usque ad mediam partem montis Galaad et ciuitates illius dedi Ruben et Gad 3:13 reliquam autem partem Galaad et omnem Basan regni Og tradidi mediae tribui Manasse omnem regionem Argob cuncta Basan uocatur terra gigantum 3:14 Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob usque ad terminos Gesuri et Machathi uocauitque ex nomine suo Basan Auothiair id est uillas Iair usque in praesentem diem 3:15 Machir quoque dedi Galaad 3:16 et tribubus Ruben et Gad dedi terram Galaad usque ad torrentem Arnon medium torrentis et finium usque ad torrentem Ieboc qui est terminus filiorum Ammon 3:17 et planitiem solitudinis atque Iordanem et terminos Chenereth usque ad mare Deserti quod est Salsissimum ad radices montis Phasga contra orientem 3:18 praecepique uobis in tempore illo dicens Dominus Deus uester dat uobis terram hanc in hereditatem expediti praecedite fratres uestros filios Israhel omnes uiri robusti 3:19 absque uxoribus et paruulis ac iumentis noui enim quod plura habeatis pecora et in urbibus remanere debebunt quas tradidi uobis 3:20 donec requiem tribuat Dominus fratribus uestris sicut uobis tribuit et possideant etiam ipsi terram quam daturus est eis trans Iordanem tunc reuertetur unusquisque in possessionem suam quam dedi uobis 3:21 Iosue quoque in tempore illo praecepi dicens oculi tui uiderunt quae fecit Dominus Deus uester duobus his regibus sic faciet omnibus regnis ad quae transiturus es 3:22 ne timeas eos Dominus enim Deus uester pugnabit pro uobis 3:23 precatusque sum Dominum in tempore illo dicens 3:24 Domine Deus tu coepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam manumque fortissimam neque enim est alius Deus uel in caelo uel in terra qui pos-

3:12 And this land, which we possessed at that time, from Aroer, which is by the river Arnon, and half mount Gilead, and the cities thereof, gave I unto the Reubenites and to the Gadites.

3:13 And the rest of Gilead, and all Bashan, being the kingdom of Og, gave I unto the half tribe of Manasseh; all the region of Argob, with all Bashan, which was called the land of giants.

3:14 Jair the son of Manasseh took all the country of Argob unto the coasts of Geshuri and Maachathi; and called them after his own name, Bashanhavothjair, unto this day.

3:15 And I gave Gilead unto Machir.

3:16 And unto the Reubenites and unto the Gadites I gave from Gilead even unto the river Arnon half the valley, and the border even unto the river Jabbok, which is the border of the children of Ammon;

3:17 The plain also, and Jordan, and the coast thereof, from Chinnereth even unto the sea of the plain, even the salt sea, under Ashdohthpisgah eastward.

3:18 And I commanded you at that time, saying, The LORD your God hath given you this land to possess it: ye shall pass over armed before your brethren the children of Israel, all that are meet for the war.

3:19 But your wives, and your little ones, and your cattle, (for I know that ye have much cattle,) shall abide in your cities which I have given you;

3:20 Until the LORD have given rest unto your brethren, as well as unto you, and until they also possess the land which the LORD your God hath given them beyond Jordan: and then shall ye return every man unto his possession, which I have given you.

3:21 And I commanded Joshua at that time, saying, Thine eyes have seen all that the LORD your God hath done unto these two kings: so shall the LORD do unto all the kingdoms whither thou passest.

3:22 Ye shall not fear them: for the LORD your God he shall fight for you.

3:23 And I besought the LORD at that time, saying,

3:24 O Lord GOD, thou hast begun to shew thy servant thy greatness, and thy mighty hand: for what God is there in heaven or in earth, that can do according to thy works, and according to thy might?

Biblia Sacra Vulgata

3:25 I pray thee, let me go over, and see the good land that is beyond Jordan, that goodly mountain, and Lebanon.

3:26 But the LORD was wroth with me for your sakes, and would not hear me: and the LORD said unto me, Let it suffice thee; speak no more unto me of this matter.

3:27 Get thee up into the top of Pisgah, and lift up thine eyes westward, and northward, and southward, and eastward, and behold it with thine eyes: for thou shalt not go over this Jordan.

3:28 But charge Joshua, and encourage him, and strengthen him: for he shall go over before this people, and he shall cause them to inherit the land which thou shalt see.

3:29 So we abode in the valley over against Bethpeor.

4:1 Now therefore hearken, O Israel, unto the statutes and unto the judgments, which I teach you, for to do them, that ye may live, and go in and possess the land which the LORD God of your fathers giveth you.

4:2 Ye shall not add unto the word which I command you, neither shall ye diminish ought from it, that ye may keep the commandments of the LORD your God which I command you.

4:3 Your eyes have seen what the LORD did because of Baalpeor: for all the men that followed Baalpeor, the LORD thy God hath destroyed them from among you.

4:4 But ye that did cleave unto the LORD your God are alive every one of you this day.

4:5 Behold, I have taught you statutes and judgments, even as the LORD my God commanded me, that ye should do so in the land whither ye go to possess it.

4:6 Keep therefore and do them; for this is your wisdom and your understanding in the sight of the nations, which shall hear all these statutes, and say, Surely this great nation is a wise and understanding people.

4:7 For what nation is there so great, who hath God so nigh unto them, as the LORD our God is in all things that we call upon him for?

4:8 And what nation is there so great, that hath statutes and judgments so righteous as all this law, which I set before you this day?

4:9 Only take heed to thyself, and keep thy soul diligently, lest thou forget the things which thine eyes have seen, and lest they depart from thy heart all the days of thy life: but teach them thy sons, and thy sons' sons;

sit facere opera tua et comparari fortitudini tuae 3:25 transibo igitur et uidebo terram hanc optimam trans Iordanem et montem istum egregium et Libanum 3:26 iratusque est Dominus mihi propter uos nec exaudiuit me sed dixit mihi sufficit tibi nequaquam ultra loquaris de hac re ad me 3:27 ascende cacumen Phasgae et oculos tuos circumfer ad occidentem et aquilonem austrumque et orientem et aspice nec enim transibis Iordanem istum 3:28 praecipe Iosue et corrobora eum atque conforta quia ipse praecedet populum istum et diuidet eis terram quam uisurus es 3:29 mansimusque in ualle contra fanum Phogor

4:1 et nunc Israhel audi praecepta et iudicia quae ego doceo te ut faciens ea uiuas et ingrediens possideas terram quam Dominus Deus patrum uestrorum daturus est uobis 4:2 non addetis ad uerbum quod uobis loquor neque auferetis ex eo custodite mandata Domini Dei uestri quae ego praecipio uobis 4:3 oculi uestri uiderunt omnia quae fecit Dominus contra Beelphegor quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio uestri 4:4 uos autem qui adheretis Domino Deo uestro uiuitis uniuersi usque in praesentem diem 4:5 scitis quod docuerim uos praecepta atque iustitias sicut mandauit mihi Dominus Deus meus sic facietis ea in terra quam possessuri estis 4:6 et obseruabitis et implebitis opere haec est enim uestra sapientia et intellectus coram populis ut audientes uniuersa praecepta haec dicant en populus sapiens et intellegens gens magna 4:7 nec est alia natio tam grandis quae habeat deos adpropinquantes sibi sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris 4:8 quae est enim alia gens sic inclita ut habeat caerimonias iustaque iudicia et uniuersam legem quam ego proponam hodie ante oculos uestros 4:9 custodi igitur temet ipsum et animam tuam sollicite ne obliuiscaris uerborum quae uiderunt oculi tui et ne excedant de corde tuo cunctis diebus uitae tuae

Liber Deuteronomii

docebis ea filios ac nepotes tuos 4:10 diem in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb quando Dominus locutus est mihi dicens congrega ad me populum ut audiat sermones meos et discat timere me omni tempore quo uiuit in terra doceantque filios suos 4:11 et accessistis ad radices montis qui ardebat usque ad caelum erantque in eo tenebrae nubes et caligo 4:12 locutusque est Dominus ad uos de medio ignis uocem uerborum eius audistis et formam penitus non uidistis 4:13 et ostendit uobis pactum suum quod praecepit ut faceretis et decem uerba quae scripsit in duabus tabulis lapideis 4:14 mihiq̄ mandauit in illo tempore ut docerem uos caerimonias et iudicia quae facere deberetis in terra quam possessuri estis 4:15 custodite igitur sollicite animas uestras non uidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est Dominus uobis in Horeb de medio ignis 4:16 ne forte decepti faciatis uobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi uel feminae 4:17 similitudinem omnium iumentorum quae sunt super terram uel auium sub caelo uolantium 4:18 atque reptilium quae mouentur in terra siue piscium qui sub terra morantur in aquis 4:19 ne forte oculis eleuatis ad caelum uideas solem et lunam et omnia astra caeli et errore deceptus adores ea et colas quae creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quae sub caelo sunt 4:20 uos autem tulit Dominus et eduxit de fornace ferrea Aegypti ut haberet populum hereditarium sicut est in praesenti die 4:21 iratusque est Dominus contra me propter sermones uestros et iurauit ut non transirem Iordanem nec ingredere terram optimam quam daturus est uobis 4:22 ecce morior in hac humo non transibo Iordanem uos transibitis et possidebitis terram egregiam 4:23 caue nequando obliuiscaris pacti Domini Dei tui quod pepigit tecum et facias tibi sculptam similitudinem eorum quae fieri Dominus prohibuit 4:24 quia Dominus Deus tuus ignis consumens est Deus ae-

4:10 Specially the day that thou stoodest before the LORD thy God in Horeb, when the LORD said unto me, Gather me the people together, and I will make them hear my words, that they may learn to fear me all the days that they shall live upon the earth, and that they may teach their children.

4:11 And ye came near and stood under the mountain; and the mountain burned with fire unto the midst of heaven, with darkness, clouds, and thick darkness.

4:12 And the LORD spake unto you out of the midst of the fire: ye heard the voice of the words, but saw no similitude; only ye heard a voice.

4:13 And he declared unto you his covenant, which he commanded you to perform, even ten commandments; and he wrote them upon two tables of stone.

4:14 And the LORD commanded me at that time to teach you statutes and judgments, that ye might do them in the land whither ye go over to possess it.

4:15 Take ye therefore good heed unto yourselves; for ye saw no manner of similitude on the day that the LORD spake unto you in Horeb out of the midst of the fire:

4:16 Lest ye corrupt yourselves, and make you a graven image, the similitude of any figure, the likeness of male or female,

4:17 The likeness of any beast that is on the earth, the likeness of any winged fowl that flieth in the air,

4:18 The likeness of any thing that creepeth on the ground, the likeness of any fish that is in the waters beneath the earth:

4:19 And lest thou lift up thine eyes unto heaven, and when thou seest the sun, and the moon, and the stars, even all the host of heaven, shouldest be driven to worship them, and serve them, which the LORD thy God hath divided unto all nations under the whole heaven.

4:20 But the LORD hath taken you, and brought you forth out of the iron furnace, even out of Egypt, to be unto him a people of inheritance, as ye are this day.

4:21 Furthermore the LORD was angry with me for your sakes, and sware that I should not go over Jordan, and that I should not go in unto that good land, which the LORD thy God giveth thee for an inheritance:

4:22 But I must die in this land. I must not go over Jordan: but ye shall go over, and possess that good land.

4:23 Take heed unto yourselves, lest ye forget the covenant of the LORD your God, which he made with you, and make you a graven image, or the likeness of any thing, which the LORD thy God hath forbidden thee.

4:24 For the LORD thy God is a consuming fire, even a jealous God.

Biblia Sacra Vulgata

4:25 When thou shalt beget children, and children's children, and ye shall have remained long in the land, and shall corrupt yourselves, and make a graven image, or the likeness of any thing, and shall do evil in the sight of the LORD thy God, to provoke him to anger:

4:26 I call heaven and earth to witness against you this day, that ye shall soon utterly perish from off the land wherunto ye go over Jordan to possess it; ye shall not prolong your days upon it, but shall utterly be destroyed.

4:27 And the LORD shall scatter you among the nations, and ye shall be left few in number among the heathen, whither the LORD shall lead you.

4:28 And there ye shall serve gods, the work of men's hands, wood and stone, which neither see, nor hear, nor eat, nor smell.

4:29 But if from thence thou shalt seek the LORD thy God, thou shalt find him, if thou seek him with all thy heart and with all thy soul.

4:30 When thou art in tribulation, and all these things are come upon thee, even in the latter days, if thou turn to the LORD thy God, and shalt be obedient unto his voice:

4:31 (For the LORD thy God is a merciful God;) he will not forsake thee, neither destroy thee, nor forget the covenant of thy fathers which he sware unto them.

4:32 For ask now of the days that are past, which were before thee, since the day that God created man upon the earth, and ask from the one side of heaven unto the other, whether there hath been any such thing as this great thing is, or hath been heard like it?

4:33 Did ever people hear the voice of God speaking out of the midst of the fire, as thou hast heard, and live?

4:34 Or hath God assayed to go and take him a nation from the midst of another nation, by temptations, by signs, and by wonders, and by war, and by a mighty hand, and by a stretched out arm, and by great terrors, according to all that the LORD your God did for you in Egypt before your eyes?

4:35 Unto thee it was shewed, that thou mightest know that the LORD he is God; there is none else beside him.

4:36 Out of heaven he made thee to hear his voice, that he might instruct thee: and upon earth he shewed thee his great fire; and thou heardest his words out of the midst of the fire.

4:37 And because he loved thy fathers, therefore he chose their seed after them, and brought thee out in his sight with his mighty power out of Egypt:

4:38 To drive out nations from before thee greater and mightier than thou art, to bring thee in, to give thee their land for an inheritance, as it is this day.

mulator 4:25 si genueritis filios ac nepotes et morati fueritis in terra deceptique feceritis uobis aliquam similitudinem parantes malum coram Domino Deo uestro ut eum ad iracundiam prouocetis 4:26 testes inuoco hodie caelum et terram cito perituros uos esse de terra quam transito Iordane possessuri estis non habitabitis in ea longo tempore sed delebit uos Dominus 4:27 atque disperget in omnes gentes et remanebitis pauci in nationibus ad quas uos ducturus est Dominus 4:28 ibique seruietis diis qui hominum manu fabricati sunt ligno et lapidi qui non uident non audiunt non comedunt non odorantur 4:29 cumque quaesieris ibi Dominum Deum tuum inuenies eum si tamen toto corde quaesieris et tota tribulatione animae tuae 4:30 postquam te inuenerint omnia quae praedicta sunt nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum et audies uocem eius 4:31 quia Deus misericors Dominus Deus tuus est non dimittet te nec omnino delebit neque obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis 4:32 interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante te ex die quo creauit Deus hominem super terram a summo caeli usque ad summum eius si facta est aliquando huiuscemodi res aut umquam cognitum est 4:33 ut audiret populus uocem Dei loquentis de medio ignis sicut tu audisti et uixisti 4:34 si fecit Deus ut ingrederetur et tolleretur sibi gentem de medio nationum per temptationes signa atque portenta per pugnam et robustam manum extentumque brachium et horribiles uisiones iuxta omnia quae fecit pro uobis Dominus Deus uester in Aegypto uidentibus oculis tuis 4:35 ut scires quoniam Dominus ipse est Deus et non est alius praeter unum 4:36 de caelo te fecit audire uocem suam ut doceret te et in terra ostendit tibi ignem suum maximum et audisti uerba illius de medio ignis 4:37 quia dilexit patres tuos et elegit semen eorum post eos eduxitque te praecedens in uirtute sua magna ex Aegypto 4:38 ut deleret nationes maximas et fortiores te

Liber Deuteronomii

in introitu tuo et introduceret te daretque tibi terram earum in possessionem sicut cernis in praesenti die 4:39 scito ergo hodie et cogitato in corde tuo quod Dominus ipse sit Deus in caelo sursum et in terra deorsum et non sit alius 4:40 custodi praecepta eius atque mandata quae ego praecipio tibi ut bene sit tibi et filiis tuis post te et permanes multo tempore super terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi 4:41 tunc separavit Moses tres ciuitates trans Iordanem ad orientalem plagam 4:42 ut confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum nec fuerit inimicus ante unum et alterum diem et ad harum aliquam urbium possit euadere 4:43 Bessor in solitudine quae sita est in terra campestri de tribu Ruben et Ramoth in Galaad quae est in tribu Gad et Golan in Basan quae est in tribu Manasse 4:44 ista est lex quam proposuit Moses coram filiis Israhel 4:45 et haec testimonia et caerimoniae atque iudicia quae locutus est ad filios Israhel quando egressi sunt de Aegypto 4:46 trans Iordanem in ualle contra fanum Phogor in terra Seon regis Amorrei qui habitauit in Esebon quem percussit Moses filii quoque Israhel egressi ex Aegypto 4:47 possederunt terram eius et terram Og regis Basan duorum regum Amorreorum qui erant trans Iordanem ad solis ortum 4:48 ab Aroer quae sita est super ripam torrentis Arnon usque ad montem Sion qui est et Hermon 4:49 omnem planitiem trans Iordanem ad orientalem plagam usque ad mare Solitudinis et usque ad radices montis Phasga

5:1 uocauitque Moses omnem Israhelem et dixit ad eum audi Israhel caerimoniae atque iudicia quae ego loquor in auribus uestris hodie discite ea et opere complete 5:2 Dominus Deus noster pepigit nobiscum foedus in Horeb 5:3 non cum patribus nostris iniit pactum sed nobiscum qui in praesentiarum sumus et uiuimus 5:4 facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis 5:5 ego sequester et

4:39 Know therefore this day, and consider it in thine heart, that the LORD he is God in heaven above, and upon the earth beneath: there is none else.

4:40 Thou shalt keep therefore his statutes, and his commandments, which I command thee this day, that it may go well with thee, and with thy children after thee, and that thou mayest prolong thy days upon the earth, which the LORD thy God giveth thee, for ever.

4:41 Then Moses severed three cities on this side Jordan toward the sunrising;

4:42 That the slayer might flee thither, which should kill his neighbour unawares, and hated him not in times past; and that fleeing unto one of these cities he might live:

4:43 Namely, Bezer in the wilderness, in the plain country, of the Reubenites; and Ramoth in Gilead, of the Gadites; and Golan in Bashan, of the Manassites.

4:44 And this is the law which Moses set before the children of Israel:

4:45 These are the testimonies, and the statutes, and the judgments, which Moses spake unto the children of Israel, after they came forth out of Egypt.

4:46 On this side Jordan, in the valley over against Bethpeor, in the land of Sihon king of the Amorites, who dwelt at Heshbon, whom Moses and the children of Israel smote, after they were come forth out of Egypt:

4:47 And they possessed his land, and the land of Og king of Bashan, two kings of the Amorites, which were on this side Jordan toward the sunrising;

4:48 From Aroer, which is by the bank of the river Arnon, even unto mount Sion, which is Hermon,

4:49 And all the plain on this side Jordan eastward, even unto the sea of the plain, under the springs of Pishgah.

5:1 And Moses called all Israel, and said unto them, Hear, O Israel, the statutes and judgments which I speak in your ears this day, that ye may learn them, and keep, and do them.

5:2 The LORD our God made a covenant with us in Horeb.

5:3 The LORD made not this covenant with our fathers, but with us, even us, who are all of us here alive this day.

5:4 The LORD talked with you face to face in the mount out of the midst of the fire,

5:5 (I stood between the LORD and you at that time, to shew you the word of the LORD: for ye were afraid of reason of the fire, and went not up into the mount;) saying,

Biblia Sacra Vulgata

5:6 I am the LORD thy God, which brought thee out of the land of Egypt, from the house of bondage.

5:7 Thou shalt have none other gods before me.

5:8 Thou shalt not make thee any graven image, or any likeness of any thing that is in heaven above, or that is in the earth beneath, or that is in the waters beneath the earth:

5:9 Thou shalt not bow down thyself unto them, nor serve them: for I the LORD thy God am a jealous God, visiting the iniquity of the fathers upon the children unto the third and fourth generation of them that hate me.

5:10 And shewing mercy unto thousands of them that love me and keep my commandments.

5:11 Thou shalt not take the name of the LORD thy God in vain: for the LORD will not hold him guiltless that taketh his name in vain.

5:12 Keep the sabbath day to sanctify it, as the LORD thy God hath commanded thee.

5:13 Six days thou shalt labour, and do all thy work:

5:14 But the seventh day is the sabbath of the LORD thy God: in it thou shalt not do any work, thou, nor thy son, nor thy daughter, nor thy manservant, nor thy maidservant, nor thine ox, nor thine ass, nor any of thy cattle, nor thy stranger that is within thy gates: that thy manservant and thy maidservant may rest as well as thou.

5:15 And remember that thou wast a servant in the land of Egypt, and that the LORD thy God brought thee out thence through a mighty hand and by a stretched out arm: therefore the LORD thy God commanded thee to keep the sabbath day.

subuersionis Sodomae et Gomorrae Adamae et Seboim quas subuertit Dominus in ira et furore suo 29:24 et dicent omnes gentes quare sic fecit Dominus terrae huic quae est haec ira furoris eius immensa 29:25 et respondebunt quia dereliquerunt pactum Domini quod pepigit cum patribus eorum quando eduxit eos de terra Aegypti 29:26 et seruierunt diis alienis et adorauerunt eos quos nesciebant et quibus non fuerant adtributi 29:27 idcirco iratus est furor Domini contra terram istam ut induceret super eam omnia maledicta quae in hoc uolumine scripta sunt 29:28 et eiecit eos de terra sua in ira et furore et indignatione maxima proiecitque in terram alienam sicut hodie conprobatur 29:29 abscondita Domino Deo nostro quae manifesta sunt nobis et filiis nostris usque in aeternum ut faciamus uniuersa legis huius

30:1 cum ergo uenerint super te omnes sermones isti benedictio siue maledictio quam proposui in conspectu tuo et ductus paenitudine cordis tui in uniuersis gentibus in quas disperserit te Dominus Deus tuus 30:2 reuersus fueris ad eum et oboedieris eius imperiis sicut ego hodie praecipio tibi cum filiis tuis in toto corde tuo et in tota anima tua 30:3 reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam ac miserebitur tui et rursum congregabit te de cunctis populis in quos te ante dispersit 30:4 si ad cardines caeli fueris dissipatus inde te retrahet Dominus Deus tuus 30:5 et adsumet atque introducet in terram quam possederunt patres tui et obtinebis eam et benedicens tibi maioris numeri esse te faciet quam fuerunt patres tui 30:6 circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum et cor seminis tui ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua et possis uiuere 30:7 omnes autem maledictiones has conuertet super inimicos tuos et eos qui oderunt te et persequuntur 30:8 tu autem reuerte- ris et audies uocem Domini Dei tui faciesque uniuersa mandata quae ego praecipio tibi hodie 30:9 et abundare te faciet

29:24 Even all nations shall say, Wherefore hath the LORD done thus unto this land? what meaneth the heat of this great anger?

29:25 Then men shall say, Because they have forsaken the covenant of the LORD God of their fathers, which he made with them when he brought them forth out of the land of Egypt:

29:26 For they went and served other gods, and worshipped them, gods whom they knew not, and whom he had not given unto them:

29:27 And the anger of the LORD was kindled against this land, to bring upon it all the curses that are written in this book:

29:28 And the LORD rooted them out of their land in anger, and in wrath, and in great indignation, and cast them into another land, as it is this day.

29:29 The secret things belong unto the LORD our God: but those things which are revealed belong unto us and to our children for ever, that we may do all the words of this law.

30:1 And it shall come to pass, when all these things are come upon thee, the blessing and the curse, which I have set before thee, and thou shalt call them to mind among all the nations, whither the LORD thy God hath driven thee,

30:2 And shalt return unto the LORD thy God, and shalt obey his voice according to all that I command thee this day, thou and thy children, with all thine heart, and with all thy soul;

30:3 That then the LORD thy God will turn thy captivity, and have compassion upon thee, and will return and gather thee from all the nations, whither the LORD thy God hath scattered thee.

30:4 If any of thine be driven out unto the outmost parts of heaven, from thence will the LORD thy God gather thee, and from thence will he fetch thee:

30:5 And the LORD thy God will bring thee into the land which thy fathers possessed, and thou shalt possess it; and he will do thee good, and multiply thee above thy fathers.

30:6 And the LORD thy God will circumcise thine heart, and the heart of thy seed, to love the LORD thy God with all thine heart, and with all thy soul, that thou mayest live.

30:7 And the LORD thy God will put all these curses upon thine enemies, and on them that hate thee, which persecuted thee.

30:8 And thou shalt return and obey the voice of the LORD, and do all his commandments which I command thee this day.

30:9 And the LORD thy God will make thee plenteous in every work of thine hand, in the fruit of thy body, and in the fruit of thy cattle, and in the fruit of thy land, for good: for the LORD will again rejoice over thee for good, as he rejoiced over thy fathers:

Biblia Sacra Vulgata

Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum in subole uteri tui et in fructu iumentorum tuorum in ubertate terrae tuae et in rerum omnium largitate reuertetur enim Dominus ut gaudeat super te in omnibus bonis sicut gauisus est in patribus tuis 30:10 si tamen audieris uocem Domini Dei tui et custodieris praecepta eius et caerimonias quae in hac lege conscriptae sunt et reuertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua 30:11 mandatum hoc quod ego praecipio tibi hodie non supra te est neque procul positum 30:12 nec in caelo situm ut possis dicere quis nostrum ad caelum ualet conscendere ut deferat illud ad nos et audiamus atque opere compleamus 30:13 neque trans mare positum ut causeris et dicas quis e nobis transfretare poterit mare et illud ad nos usque deferre ut possimus audire et facere quod praeceptum est 30:14 sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo et in corde tuo ut facias illum 30:15 considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo uitam et bonum et e contrario mortem et malum 30:16 ut diligas Dominum Deum tuum et ambules in uiis eius et custodias mandata illius et caerimonias atque iudicia et uiuas ac multiplicet te benedicatque tibi in terra ad quam ingredieris possidendam 30:17 sin autem auersum fuerit cor tuum et audire nolueris atque errore deceptus adoraueris deos alienos et serueris eis 30:18 praedico tibi hodie quod pereas et paruo tempore moreris in terra ad quam Iordane transmisso ingredieris possidendam 30:19 testes inuoco hodie caelum et terram quod proposuerim uobis uitam et mortem bonum et malum benedictionem et maledictionem elige ergo uitam ut et tu uiuas et semen tuum 30:20 et diligas Dominum Deum tuum atque oboedias uoci eius et illi adhereas ipse est enim uita tua et longitudo dierum tuorum ut habites in terra pro qua iurauit Dominus patribus tuis Abraham Isaac et Iacob ut daret eam illis

30:10 If thou shalt hearken unto the voice of the LORD thy God, to keep his commandments and his statutes which are written in this book of the law, and if thou turn unto the LORD thy God with all thine heart, and with all thy soul.

30:11 For this commandment which I command thee this day, it is not hidden from thee, neither is it far off.

30:12 It is not in heaven, that thou shouldest say, Who shall go up for us to heaven, and bring it unto us, that we may hear it, and do it?

30:13 Neither is it beyond the sea, that thou shouldest say, Who shall go over the sea for us, and bring it unto us, that we may hear it, and do it?

30:14 But the word is very nigh unto thee, in thy mouth, and in thy heart, that thou mayest do it.

30:15 See, I have set before thee this day life and good, and death and evil;

30:16 In that I command thee this day to love the LORD thy God, to walk in his ways, and to keep his commandments and his statutes and his judgments, that thou mayest live and multiply: and the LORD thy God shall bless thee in the land whither thou goest to possess it.

30:17 But if thine heart turn away, so that thou wilt not hear, but shalt be drawn away, and worship other gods, and serve them;

30:18 I denounce unto you this day, that ye shall surely perish, and that ye shall not prolong your days upon the land, whither thou passest over Jordan to go to possess it.

30:19 I call heaven and earth to record this day against you, that I have set before you life and death, blessing and cursing: therefore choose life, that both thou and thy seed may live:

30:20 That thou mayest love the LORD thy God, and that thou mayest obey his voice, and that thou mayest cleave unto him: for he is thy life, and the length of thy days: that thou mayest dwell in the land which the LORD sware unto thy fathers, to Abraham, to Isaac, and to Jacob, to give them.

Liber Deuteronomii

31:1 abiit itaque Moses et locutus est omnia uerba haec ad uniuersum Israhel 31:2 et dixit ad eos centum uiginti annorum sum hodie non possum ultra egredi et ingredi praesertim cum et Dominus dixerit mihi non transibis Iordanem istum 31:3 Dominus ergo Deus tuus transibit ante te ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo et possidebis eas et Iosue iste transibit ante te sicut locutus est Dominus 31:4 facietque Dominus eis sicut fecit Seon et Og regibus Amorreorum et terrae eorum delebitque eos 31:5 cum ergo et hos traderit uobis similiter facietis eis sicut praecepi uobis 31:6 uiriliter agite et confortamini nolite timere nec paueatis a conspectu eorum quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus et non dimittet nec derelinquet te 31:7 uocauitque Moses Iosue et dixit ei coram omni Israhel confortare et esto robustus tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus et tu eam sorte diuides 31:8 et Dominus qui ductor uester est ipse erit tecum non dimittet nec derelinquet te noli timere nec paueas 31:9 scripsit itaque Moses legem hanc et tradidit eam sacerdotibus filiis Leui qui portabant arcam foederis Domini et cunctis senioribus Israhelis 31:10 praecepitque eis dicens post septem annos anno remissionis in sollemnitate tabernaculorum 31:11 conuenientibus cunctis ex Israhel ut appareant in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus leges uerba legis huius coram omni Israhel audientibus eis 31:12 et in unum omni populo congregato tam uiris quam mulieribus paruulis et aduenis qui sunt intra portas tuas ut audientes discant et timeant Dominum Deum uestrum et custodiant impleantque omnes sermones legis huius 31:13 filii quoque eorum qui nunc ignorant audire possint et timeant Dominum Deum suum cunctis diebus quibus uersantur in terra ad quam uos Iordane transito pergitis obtinendam 31:14 et ait Dominus ad Mosen ecce prope sunt dies mortis tuae uoca Iosue

31:1 And Moses went and spake these words unto all Israel.

31:2 And he said unto them, I am an hundred and twenty years old this day; I can no more go out and come in: also the LORD hath said unto me, Thou shalt not go over this Jordan.

31:3 The LORD thy God, he will go over before thee, and he will destroy these nations from before thee, and thou shalt possess them: and Joshua, he shall go over before thee, as the LORD hath said.

31:4 And the LORD shall do unto them as he did to Sihon and to Og, kings of the Amorites, and unto the land of them, whom he destroyed.

31:5 And the LORD shall give them up before your face, that ye may do unto them according unto all the commandments which I have commanded you.

31:6 Be strong and of a good courage, fear not, nor be afraid of them: for the LORD thy God, he it is that doth go with thee; he will not fail thee, nor forsake thee.

31:7 And Moses called unto Joshua, and said unto him in the sight of all Israel, Be strong and of a good courage: for thou must go with this people unto the land which the LORD hath sworn unto their fathers to give them; and thou shalt cause them to inherit it.

31:8 And the LORD, he it is that doth go before thee; he will be with thee, he will not fail thee, neither forsake thee: fear not, neither be dismayed.

31:9 And Moses wrote this law, and delivered it unto the priests the sons of Levi, which bare the ark of the covenant of the LORD, and unto all the elders of Israel.

31:10 And Moses commanded them, saying, At the end of every seven years, in the solemnity of the year of release, in the feast of tabernacles,

31:11 When all Israel is come to appear before the LORD thy God in the place which he shall choose, thou shalt read this law before all Israel in their hearing.

31:12 Gather the people together, men and women, and children, and thy stranger that is within thy gates, that they may hear, and that they may learn, and fear the LORD your God, and observe to do all the words of this law:

31:13 And that their children, which have not known any thing, may hear, and learn to fear the LORD your God, as long as ye live in the land whither ye go over Jordan to possess it.

31:14 And the LORD said unto Moses, Behold, thy days approach that thou must die: call Joshua, and present thyself in the tabernacle of the congregation, that I may give him a charge. And Moses and Joshua went, and presented themselves in the tabernacle of the congregation.

Biblia Sacra Vulgata

et state in tabernaculo testimonii ut praecipiam ei abierunt ergo Moses et Iosue et steterunt in tabernaculo testimonii
31:15 apparuitque Dominus ibi in columna nubis quae stetit in introitu tabernaculi 31:16 dixitque Dominus ad Mosen ecce tu dormies cum patribus tuis et populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in terra ad quam ingredietur et habitabit in ea ibi derelinquet me et irritum faciet foedus quod pepigi cum eo 31:17 et irascetur furor meus contra eum in die illo et derelinquam eum et abscondam faciem meam ab eo et erit in deuorationem inuenient eum omnia mala et adflictiones ita ut dicat in illo die uere quia non est Deus mecum inuenerunt me haec mala 31:18 ego autem abscondam et celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quae fecit quia secutus est deos alienos 31:19 nunc itaque scribite uobis canticum istud et docete filios Israhel ut memoriter teneant et ore decantent et sit mihi canticum istud pro testimonio inter filios Israhel 31:20 introducami enim eum in terram pro qua iuravi patribus eius lacte et melle manantem cumque comederint et saturati crassique fuerint auertentur ad deos alienos et seruient eis et detrahent mihi et irritum facient pactum meum 31:21 postquam inuenerint eum mala multa et adflictiones respondebit ei canticum istud pro testimonio quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui scio enim cogitationes eius quae facturus sit hodie antequam introducami eum in terram quam ei pollicitus sum 31:22 scripsit ergo Moses canticum et docuit filios Israhel 31:23 praecepitque Iosue filio Nun et ait confortare et esto robustus tu enim introduces filios Israhel in terram quam pollicitus sum et ego ero tecum 31:24 postquam ergo scripsit Moses uerba legis huius in uolumine atque conpleuit 31:25 praecepit Leuitis qui portabant arcam foederis Domini dicens 31:26 tollite librum istum et ponite eum in latere arcae foederis Domini Dei uestri ut sit ibi contra te in testi-

31:15 And the LORD appeared in the tabernacle in a pillar of a cloud: and the pillar of the cloud stood over the door of the tabernacle.

31:16 And the LORD said unto Moses, Behold, thou shalt sleep with thy fathers; and this people will rise up, and go a whoring after the gods of the strangers of the land, whither they go to be among them, and will forsake me, and break my covenant which I have made with them.

31:17 Then my anger shall be kindled against them in that day, and I will forsake them, and I will hide my face from them, and they shall be devoured, and many evils and troubles shall befall them; so that they will say in that day, Are not these evils come upon us, because our God is not among us?

31:18 And I will surely hide my face in that day for all the evils which they shall have wrought, in that they are turned unto other gods.

31:19 Now therefore write ye this song for you, and teach it the children of Israel: put it in their mouths, that this song may be a witness for me against the children of Israel.

31:20 For when I shall have brought them into the land which I swore unto their fathers, that floweth with milk and honey; and they shall have eaten and filled themselves, and waxen fat; then will they turn unto other gods, and serve them, and provoke me, and break my covenant.

31:21 And it shall come to pass, when many evils and troubles are befallen them, that this song shall testify against them as a witness; for it shall not be forgotten out of the mouths of their seed: for I know their imagination which they go about, even now, before I have brought them into the land which I swore.

31:22 Moses therefore wrote this song the same day, and taught it the children of Israel.

31:23 And he gave Joshua the son of Nun a charge, and said, Be strong and of a good courage: for thou shalt bring the children of Israel into the land which I swore unto them: and I will be with thee.

31:24 And it came to pass, when Moses had made an end of writing the words of this law in a book, until they were finished,

31:25 That Moses commanded the Levites, which bare the ark of the covenant of the LORD, saying,

31:26 Take this book of the law, and put it in the side of the ark of the covenant of the LORD your God, that it may be there for a witness against thee.

Liber Deuteronomii

monio 31:27 ego enim scio contentionem tuam et ceruicem tuam durissimam adhuc uiuente me et ingrediente uobiscum semper contentiose egistis contra Dominum quanto magis cum mortuus fuero 31:28 congregate ad me omnes maiores natu per tribus uestras atque doctores et loquar audientibus eis sermones istos et inuocabo contra eos caelum et terram 31:29 noui enim quod post mortem meam inique agetis et declinabitis cito de uia quam praecepi uobis et occurrent uobis mala in extremo tempore quando feceritis malum in conspectu Domini ut inritetis eum per opera manuum uestrarum 31:30 locutus est ergo Moses audiente uniuerso coetu Israhel uerba carminis huius et ad finem usque compleuit

32:1 audite caeli quae loquor audiat terra uerba oris mei 32:2 concreseat in pluuia doctrina mea fluat ut ros eloquium meum quasi imber super herbam et quasi stillae super gramina 32:3 quia nomen Domini inuocabo date magnificentiam Deo nostro 32:4 Dei perfecta sunt opera et omnes uiae eius iudicia Deus fidelis et absque ulla iniquitate iustus et rectus 32:5 peccauerunt ei non filii eius in sordibus generatio praua atque peruersa 32:6 haecine reddis Domino popule stulte et insipiens numquid non ipse est pater tuus qui possedit et fecit et creauit te 32:7 memento dierum antiquorum cogita generationes singulas interroga patrem tuum et adnuntiabit tibi maiores tuos et dicent tibi 32:8 quando diuidebat Altissimus gentes quando separabat filios Adam constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israhel 32:9 pars autem Domini populus eius Iacob funiculus hereditatis eius 32:10 inuenit eum in terra deserta in loco horroris et uastae solitudinis circumduxit eum et docuit et custodiuit quasi pupillam oculi sui 32:11 sicut aquila procucans ad uolandum pullos suos et super eos uolitans expandit alas suas et adsumpsit eum atque portauit in umeris suis 32:12 Dominus solus dux eius fuit et non erat cum eo

31:27 For I know thy rebellion, and thy stiff neck: behold, while I am yet alive with you this day, ye have been rebellious against the LORD; and how much more after my death?

31:28 Gather unto me all the elders of your tribes, and your officers, that I may speak these words in their ears, and call heaven and earth to record against them.

31:29 For I know that after my death ye will utterly corrupt yourselves, and turn aside from the way which I have commanded you; and evil will befall you in the latter days; because ye will do evil in the sight of the LORD, to provoke him to anger through the work of your hands.

31:30 And Moses spake in the ears of all the congregation of Israel the words of this song, until they were ended.

32:1 Give ear, O ye heavens, and I will speak; and hear, O earth, the words of my mouth.

32:2 My doctrine shall drop as the rain, my speech shall distil as the dew, as the small rain upon the tender herb, and as the showers upon the grass:

32:3 Because I will publish the name of the LORD: ascribe ye greatness unto our God.

32:4 He is the Rock, his work is perfect: for all his ways are judgment: a God of truth and without iniquity, just and right is he.

32:5 They have corrupted themselves, their spot is not the spot of his children: they are a perverse and crooked generation.

32:6 Do ye thus requite the LORD, O foolish people and unwise? is not he thy father that hath bought thee? hath he not made thee, and established thee?

32:7 Remember the days of old, consider the years of many generations: ask thy father, and he will shew thee; thy elders, and they will tell thee.

32:8 When the Most High divided to the nations their inheritance, when he separated the sons of Adam, he set the bounds of the people according to the number of the children of Israel.

32:9 For the LORD's portion is his people; Jacob is the lot of his inheritance.

32:10 He found him in a desert land, and in the waste howling wilderness: he led him about, he instructed him, he kept him as the apple of his eye.

32:11 As an eagle stirreth up her nest, fluttereth over her young, spreadeth abroad her wings, taketh them, beareth them on her wings:

32:12 So the LORD alone did lead him, and there was no strange god with him.

Biblia Sacra Vulgata

32:13 He made him ride on the high places of the earth, that he might eat the increase of the fields; and he made him to suck honey out of the rock, and oil out of the flinty rock;

32:14 Butter of kine, and milk of sheep, with fat of lambs, and rams of the breed of Bashan, and goats, with the fat of kidneys of wheat; and thou didst drink the pure blood of the grape.

32:15 But Jeshurun waxed fat, and kicked: thou art waxen fat, thou art grown thick, thou art covered with fatness; then he forsook God which made him, and lightly esteemed the Rock of his salvation.

32:16 They provoked him to jealousy with strange gods, with abominations provoked they him to anger.

32:17 They sacrificed unto devils, not to God; to gods whom they knew not, to new gods that came newly up, whom your fathers feared not.

32:18 Of the Rock that begat thee thou art unmindful, and hast forgotten God that formed thee.

32:19 And when the LORD saw it, he abhorred them, because of the provoking of his sons, and of his daughters.

32:20 And he said, I will hide my face from them, I will see what their end shall be: for they are a very froward generation, children in whom is no faith.

32:21 They have moved me to jealousy with that which is not God; they have provoked me to anger with their vanities: and I will move them to jealousy with those which are not a people; I will provoke them to anger with a foolish nation.

32:22 For a fire is kindled in mine anger, and shall burn unto the lowest hell, and shall consume the earth with her increase, and set on fire the foundations of the mountains.

32:23 I will heap mischiefs upon them; I will spend mine arrows upon them.

32:24 They shall be burnt with hunger, and devoured with burning heat, and with bitter destruction: I will also send the teeth of beasts upon them, with the poison of serpents of the dust.

32:25 The sword without, and terror within, shall destroy both the young man and the virgin, the suckling also with the man of gray hairs.

32:26 I said, I would scatter them into corners, I would make the remembrance of them to cease from among men:

32:27 Were it not that I feared the wrath of the enemy, lest their adversaries should behave themselves strangely, and lest they should say, Our hand is high, and the LORD hath not done all this.

32:28 For they are a nation void of counsel, neither is there any understanding in them.

32:29 O that they were wise, that they understood this, that they would consider their latter end!

32:30 How should one chase a thousand, and two put ten thousand to flight, except their Rock had sold them, and the LORD had shut them up?

deus alienus 32:13 constituit eum super excelsam terram ut comederet fructus agrorum ut sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo 32:14 butyrum de armento et lac de ouibus cum adipe agnorum et arietum filiorum Basan et hircos cum medulla tritici et sanguinem uuae biberet meracissimum 32:15 incrassatus est dilectus et recalcitrauit incrassatus inpinguatus dilatatus dereliquit Deum factorem suum et recessit a Deo salutari suo 32:16 prouocauerunt eum in diis alienis et in abominationibus ad iracundiam concitauerunt 32:17 immolauerunt daemonibus et non Deo diis quos ignorabant noui recentesque uenerunt quos non coluerunt patres eorum 32:18 Deum qui te genuit dereliquisti et oblitus es Domini creatoris tui 32:19 uidit Dominus et ad iracundiam concitatus est quia prouocauerunt eum filii sui et filiae 32:20 et ait abscondam faciem meam ab eis et considerabo nouissima eorum generatio enim peruersa est et infideles filii 32:21 ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus et irritauerunt in uanitatibus suis et ego prouocabo eos in eo qui non est populus et in gente stulta irritabo illos 32:22 ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni nouissima deuorabitque terram cum germine suo et montium fundamenta conburet 32:23 congregabo super eos mala et sagittas meas conplebo in eis 32:24 consumentur fame et deuorabunt eos aues morsu amarissimo dentes bestiarum inmittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium 32:25 foris uastabit eos gladius et intus pauor iuuenem simul ac uirginem lactantem cum homine sene 32:26 dixi ubinam sunt cessare faciam ex hominibus memoriam eorum 32:27 sed propter iram inimicorum distuli ne forte superbirent hostes eorum et dicerent manus nostra excelsa et non Dominus fecit haec omnia 32:28 gens absque consilio est et sine prudentia 32:29 utinam saperent et intellegerent ac nouissima prouiderent 32:30 quomodo persequatur

Liber Deuteronomii

unus mille et duo fugent decem milia nonne ideo quia Deus suus uendidit eos et Dominus conclusit illos 32:31 non enim est Deus noster ut deus eorum et inimici nostri sunt iudices 32:32 de uinea Sodomorum uinea eorum et de suburbanis Gomorrae uua eorum uua fellis et botri amarissimi 32:33 fel draconum uinum eorum et uenenum aspidum insanabile 32:34 nonne haec condita sunt apud me et signata in thesauris meis 32:35 mea est ultio et ego retribuam in tempore ut labatur pes eorum iuxta est dies perditionis et adesse festinant tempora 32:36 iudicabit Dominus populum suum et in seruis suis miserebitur uidebit quod infirmata sit manus et clausi quoque defecerint residuique consumpti sint 32:37 et dicet ubi sunt dii eorum in quibus habebant fiduciam 32:38 de quorum uictimis comedebant adipem et bibebant uinum libaminum surgant et opulentur uobis et in necessitate uos protegant 32:39 uidete quod ego sim solus et non sit alius deus praeter me ego occidam et ego uiuere faciam percutiam et ego sanabo et non est qui de manu mea possit eruere 32:40 leuabo ad caelum manum meam et dicam uiuere ego in aeternum 32:41 si acuero ut fulgur gladium meum et arripuerit iudicium manus mea reddam ultionem hostibus meis et his qui oderunt me retribuam 32:42 inebriabo sagittas meas sanguine et gladius meus deuorabit carnes de cruore occisorum et de captiuitate nudati inimicorum capitibus 32:43 laudate gentes populum eius quia sanguinem seruorum suorum ulciscetur et uindictam retribuet in hostes eorum et propitius erit terrae populi sui 32:44 uenit ergo Moses et locutus est omnia uerba cantici huius in auribus populi ipse et Iosue filius Nun 32:45 compleuitque omnes sermones istos loquens ad uniuersum Israhel 32:46 et dixit ad eos ponite corda uestra in omnia uerba quae ego testificor uobis hodie ut mandetis ea filiis uestris custodire et facere et implere uniuersa quae scripta sunt legis huius 32:47 quia non in cassum

32:31 For their rock is not as our Rock, even our enemies themselves being judges.

32:32 For their vine is of the vine of Sodom, and of the fields of Gomorrah: their grapes are grapes of gall, their clusters are bitter:

32:33 Their wine is the poison of dragons, and the cruel venom of asps.

32:34 Is not this laid up in store with me, and sealed up among my treasures?

32:35 To me belongeth vengeance and recompence; their foot shall slide in due time: for the day of their calamity is at hand, and the things that shall come upon them make haste.

32:36 For the LORD shall judge his people, and repent himself for his servants, when he seeth that their power is gone, and there is none shut up, or left.

32:37 And he shall say, Where are their gods, their rock in whom they trusted,

32:38 Which did eat the fat of their sacrifices, and drank the wine of their drink offerings? let them rise up and help you, and be your protection.

32:39 See now that I, even I, am he, and there is no god with me: I kill, and I make alive; I wound, and I heal: neither is there any that can deliver out of my hand.

32:40 For I lift up my hand to heaven, and say, I live for ever.

32:41 If I whet my glittering sword, and mine hand take hold on judgment; I will render vengeance to mine enemies, and will reward them that hate me.

32:42 I will make mine arrows drunk with blood, and my sword shall devour flesh; and that with the blood of the slain and of the captives, from the beginning of revenges upon the enemy.

32:43 Rejoice, O ye nations, with his people: for he will avenge the blood of his servants, and will render vengeance to his adversaries, and will be merciful unto his land, and to his people.

32:44 And Moses came and spake all the words of this song in the ears of the people, he, and Hoshea the son of Nun.

32:45 And Moses made an end of speaking all these words to all Israel:

32:46 And he said unto them, Set your hearts unto all the words which I testify among you this day, which ye shall command your children to observe to do, all the words of this law.

32:47 For it is not a vain thing for you; because it is your life: and through this thing ye shall prolong your days in the land, whither ye go over Jordan to possess it.

Biblia Sacra Vulgata

32:48 And the LORD spake unto Moses that selfsame day, saying,

32:49 Get thee up into this mountain Abarim, unto mount Nebo, which is in the land of Moab, that is over against Jericho; and behold the land of Canaan, which I give unto the children of Israel for a possession:

32:50 And die in the mount whither thou goest up, and be gathered unto thy people; as Aaron thy brother died in mount Hor, and was gathered unto his people:

32:51 Because ye trespassed against me among the children of Israel at the waters of MeribahKadesh, in the wilderness of Zin: because ye sanctified me not in the midst of the children of Israel.

32:52 Yet thou shalt see the land before thee; but thou shalt not go thither unto the land which I give the children of Israel.

praecepta sunt uobis sed ut singuli in eis uiuerent quae facientes longo perseueretis tempore in terra ad quam Iordane transmisso ingredimini possidendam 32:48 locutusque est Dominus ad Mosen in eadem die dicens 32:49 ascende in montem istum Abarim id est transituum in montem Nebo qui est in terra Moab contra Hiericho et uide terram Chanaan quam ego tradam filiis Israhel obtinendam et morere in monte 32:50 quem conscendens iungeris populis tuis sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor et adpositus populis suis 32:51 quia praeuaricati estis contra me in medio filiorum Israhel ad aquas Contradictionis in Cades deserti Sin et non sanctificastis me inter filios Israhel 32:52 e contra uidebis terram et non ingredieris in eam quam ego dabo filiis Israhel

33:1 And this is the blessing, wherewith Moses the man of God blessed the children of Israel before his death.

33:2 And he said, The LORD came from Sinai, and rose up from Seir unto them; he shined forth from mount Paran, and he came with ten thousands of saints: from his right hand went a fiery law for them.

33:3 Yea, he loved the people; all his saints are in thy hand: and they sat down at thy feet; every one shall receive of thy words.

33:4 Moses commanded us a law, even the inheritance of the congregation of Jacob.

33:5 And he was king in Jeshurun, when the heads of the people and the tribes of Israel were gathered together.

33:6 Let Reuben live, and not die; and let not his men be few.

33:7 And this is the blessing of Judah: and he said, Hear, LORD, the voice of Judah, and bring him unto his people: let his hands be sufficient for him; and be thou an help to him from his enemies.

33:8 And of Levi he said, Let thy Thummim and thy Urim be with thy holy one, whom thou didst prove at Massah, and with whom thou didst strive at the waters of Meribah;

33:9 Who said unto his father and to his mother, I have not seen him; neither did he acknowledge his brethren, nor knew his own children: for they have observed thy word, and kept thy covenant.

33:10 They shall teach Jacob thy judgments, and Israel thy law: they shall put incense before thee, and whole burnt sacrifice upon thine altar.

33:1 haec est benedictio qua benedixit Moses homo Dei filiis Israhel ante mortem suam 33:2 et ait Dominus de Sina uenit et de Seir ortus est nobis apparuit de monte Pharan et cum eo sanctorum milia in dextera eius ignea lex 33:3 dilexit populos omnes sancti in manu illius sunt et qui adpropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius 33:4 legem praecepit nobis Moses hereditatem multitudinis Iacob 33:5 erit apud rectissimum rex congregatis principibus populi cum tribubus Israhel 33:6 uiuat Ruben et non moriatur et sit paruus in numero 33:7 haec est Iudae benedictio audi Domine uocem Iudae et ad populum suum introduc eum manus eius pugnabunt pro eo et adiutor illius contra aduersarios eius erit 33:8 Leui quoque ait perfectio tua et doctrina tua uiro sancto tuo quem probasti in Temptatione et iudicasti ad aquas Contradictionis 33:9 qui dixit patri suo et matri suae nescio uos et fratribus suis ignoro illos et nescierunt filios suos hii custodierunt eloquium tuum et pactum tuum seruauerunt 33:10 iudicia tua o Iacob et legem tuam o Israhel ponent thymiana in furore tuo et holocaustum super

Liber Deuteronomii

altare tuum 33:11 benedic Domine fortitudini eius et opera manuum illius suscipe percute dorsa inimicorum eius et qui oderunt eum non consurgant 33:12 et Benjamin ait amantissimus Domini habitabit confidenter in eo quasi in thalamo tota die morabitur et inter umeros illius requiescet 33:13 Ioseph quoque ait de benedictione Domini terra eius de pomis caeli et rore atque abyssu subiacente 33:14 de pomis fructuum solis ac lunae 33:15 de uertice antiquorum montium de pomis collium aeternorum 33:16 et de frugibus terrae et plenitudine eius benedictio illius qui apparuit in rubo ueniat super caput Ioseph et super uerticem nazarei inter fratres suos 33:17 quasi primogeniti tauri pulchritudo eius cornua rinocerotis cornua illius in ipsis uentilabit gentes usque ad terminos terrae hae sunt multitudines Ephraim et haec milia Manasse 33:18 et Zabulon ait laetare Zabulon in exitu tuo et Isachar in tabernaculis tuis 33:19 populos ad montem uocabunt ibi immolabunt uictimas iustitiae qui inundationem maris quasi lac sugent et thesauros absconditos harenarum 33:20 et Gad ait benedictus in latitudine Gad quasi leo requieuit cepitque brachium et uerticem 33:21 et uidit principatum suum quod in parte sua doctor esset repositus qui fuit cum principibus populi et fecit iustitias Domini et iudicium suum cum Israhel 33:22 Dan quoque ait Dan catulus leonis fluet largiter de Basan 33:23 et Nephtalim dixit Nephtalim abundantia perfruetur et plenus erit benedictione Domini mare et meridiem possidebit 33:24 Aser quoque ait benedictus in filiis Aser sit placens fratribus suis tinguat in oleo pedem suum 33:25 ferrum et aes calciamentum eius sicut dies iuuentutis tuae ita et senectus tua 33:26 non est alius ut Deus rectissimi ascensor caeli auxiliator tuus magnificentia eius discurrunt nubes 33:27 habitaculum eius sursum et subter brachia sempiterna eiciet a facie tua inimicum dicetque conterere 33:28 habitabit Israhel confidenter et so-

33:11 Bless, LORD, his substance, and accept the work of his hands; smite through the loins of them that rise against him, and of them that hate him, that they rise not again.

33:12 And of Benjamin he said, The beloved of the LORD shall dwell in safety by him; and the Lord shall cover him all the day long, and he shall dwell between his shoulders.

33:13 And of Joseph he said, Blessed of the LORD be his land, for the precious things of heaven, for the dew, and for the deep that coucheth beneath,

33:14 And for the precious fruits brought forth by the sun, and for the precious things put forth by the moon,

33:15 And for the chief things of the ancient mountains, and for the precious things of the lasting hills,

33:16 And for the precious things of the earth and fulness thereof, and for the good will of him that dwelt in the bush: let the blessing come upon the head of Joseph, and upon the top of the head of him that was separated from his brethren.

33:17 His glory is like the firstling of his bullock, and his horns are like the horns of unicorns: with them he shall push the people together to the ends of the earth: and they are the ten thousands of Ephraim, and they are the thousands of Manasseh.

33:18 And of Zebulun he said, Rejoice, Zebulun, in thy going out; and, Issachar, in thy tents.

33:19 They shall call the people unto the mountain; there they shall offer sacrifices of righteousness: for they shall suck of the abundance of the seas, and of treasures hid in the sand.

33:20 And of Gad he said, Blessed be he that enlargeth Gad: he dwelleth as a lion, and teareth the arm with the crown of the head.

33:21 And he provided the first part for himself, because there, in a portion of the lawgiver, was he seated; and he came with the heads of the people, he executed the justice of the LORD, and his judgments with Israel.

33:22 And of Dan he said, Dan is a lion's whelp: he shall leap from Bashan.

33:23 And of Naphtali he said, O Naphtali, satisfied with favour, and full with the blessing of the LORD: possess thou the west and the south.

33:24 And of Asher he said, Let Asher be blessed with children: let him be acceptable to his brethren, and let him dip his foot in oil.

33:25 Thy shoes shall be iron and brass; and as thy days, so shall thy strength be.

33:26 There is none like unto the God of Jeshurun, who rideth upon the heaven in thy help, and in his excellency on the sky.

33:27 The eternal God is thy refuge, and underneath are the everlasting arms: and he shall thrust out the enemy from before thee; and shall say, Destroy them.

33:28 Israel then shall dwell in safety alone: the fountain of Jacob shall be upon a land of corn and wine; also his heavens shall drop down dew.

Biblia Sacra Vulgata

33:29 Happy art thou, O Israel: who is like unto thee, O people saved by the LORD, the shield of thy help, and who is the sword of thy excellency! and thine enemies shall be found liars unto thee; and thou shalt tread upon their high places.

34:1 And Moses went up from the plains of Moab unto the mountain of Nebo, to the top of Pisgah, that is over against Jericho. And the LORD shewed him all the land of Gilead, unto Dan,

34:2 And all Naphtali, and the land of Ephraim, and Manasse, and all the land of Judah, unto the utmost sea,

34:3 And the south, and the plain of the valley of Jericho, the city of palm trees, unto Zoar.

34:4 And the LORD said unto him, This is the land which I swore unto Abraham, unto Isaac, and unto Jacob, saying, I will give it unto thy seed: I have caused thee to see it with thine eyes, but thou shalt not go over thither.

34:5 So Moses the servant of the LORD died there in the land of Moab, according to the word of the LORD.

34:6 And he buried him in a valley in the land of Moab, over against Bethpeor: but no man knoweth of his sepulchre unto this day.

34:7 And Moses was an hundred and twenty years old when he died: his eye was not dim, nor his natural force abated.

34:8 And the children of Israel wept for Moses in the plains of Moab thirty days: so the days of weeping and mourning for Moses were ended.

34:9 And Joshua the son of Nun was full of the spirit of wisdom; for Moses had laid his hands upon him: and the children of Israel hearkened unto him, and did as the LORD commanded Moses.

34:10 And there arose not a prophet since in Israel like unto Moses, whom the LORD knew face to face,

34:11 In all the signs and the wonders, which the LORD sent him to do in the land of Egypt to Pharaoh, and to all his servants, and to all his land,

34:12 And in all that mighty hand, and in all the great terror which Moses shewed in the sight of all Israel.

lus oculus Iacob in terra frumenti et uini caelique caligabunt
rore 33:29 beatus tu Israhel quis similis tui popule qui sal-
uaris in Domino scutum auxilii tui et gladius gloriae tuae
negabunt te inimici tui et tu eorum colla calcabis

34:1 ascendit ergo Moses de campestribus Moab super
montem Nebo in uerticem Phasga contra Hiericho ostendit-
que ei Dominus omnem terram Galaad usque Dan 34:2 et
uniuersum Nephtholim terramque Ephraim et Manasse et om-
nem terram usque ad mare Nouissimum 34:3 et australem
partem et latitudinem campi Hiericho ciuitatis Palmarum us-
que Segor 34:4 dixitque Dominus ad eum haec est terra pro
qua iurauit Abraham Isaac et Iacob dicens semini tuo dabo
eam uidisti eam oculis tuis et non transibis ad illam 34:5
mortuusque est ibi Moses seruus Domini in terra Moab iu-
bente Domino 34:6 et sepeliuit eum in ualle terrae Moab
contra Phogor et non cognouit homo sepulchrum eius usque
in praesentem diem 34:7 Moses centum et uiginti annorum
erat quando mortuus est non caligauit oculus eius nec dentes
illius moti sunt 34:8 fleueruntque eum filii Israhel in cam-
pestribus Moab triginta diebus et conpleti sunt dies planctus
lugentium Mosen 34:9 Iosue uero filius Nun repletus est
spiritu sapientiae quia Moses posuit super eum manus suas
et oboedierunt ei filii Israhel feceruntque sicut praecepit Do-
minus Mosi 34:10 et non surrexit propheta ultra in Israhel
sicut Moses quem nosset Dominus facie ad faciem 34:11 in
omnibus signis atque portentis quae misit per eum ut faceret
in terra Aegypti Pharaoni et omnibus seruis eius uniuersae-
que terrae illius 34:12 et cunctam manum robustam magna-
que mirabilia quae fecit Moses coram uniuerso Israhel